

DIPUTACION FORAL DE NAVARRA
INSTITUCION PRINCIPE DE VIANA



Angel J. Martín Duque

**Documentación medieval
de Leire**
(siglos IX a XII)



El rey Sancho el Mayor y la reina Mayor dan al obispo y abad Sancho y al monasterio de Leire el monasterio de San Sebastián y su parroquia, en los confines de Hernani, y la villa de Izurun, con sus iglesias de Santa María y San Vicente y sus cubilares de Irurdita, Anaizoz, Albizungo, Ancieta, Zurzaiate, Bagozu Larraburu y Loizta.

- ACP, *LibRed*, f. 66v-67v. (B).
 ACP, *Arca I Epi.*, 15. (C).
 ACP, *Arca B*, 16 (D).
 ACP, *Tabla*, 19. Traslado de 1235. (E).
 Pub. SANDOVAL, *Catálogo*, f. 31v-33v. Según B.
 Pub. MORET, *Anales*, II, 146. Traducción de la ed. de Sandoval.
 Pub J. A. CAMINO Y ORELLA, *Historia de San Sebastián*. 34-37. Traducción de la ed. de Sandoval.
 Pub. G. BALPARDA, *Hist. crítica de Vizcaya*. II, 25. Sigue la ed. de Sandoval.
 Pub. S. MÚGICA, *Donación a Leire*. 396-399. La edición de Sandoval y facsímil de C.
 Pub. J. L. BANUS, *El Fuero de San Sebastián*. 17-21. Utiliza BCDE.
 Pub. L. J. FORTÚN, *San Sebastián*, p. 463-465.
 Cit. GARIBAY, *Compendio historial*, III, 43 y 69.
 Cit. OYENART, *Noticia*, 127.
 Cit. HENAO, *Antigüedades de Cantabria*, V, 173.
 Cit. *España Sagrada*, t. 32, 238.
 Cit. *DiccGHR Acad.* I, 338, 362, 442-445, y II, 123, 307-309, 319, 346-348.
 Cit. J. I. GAMON, *Noticias hist. de Rentería*, 203-211.
 Cit. P. DE GOROSABEL, *Diccionario*, 438-439.
 Cit. N. DE SORALUCE, *Historia de Guipúzcoa*, I, 183.
 Cit. V. DUBARAT- J.B. DARANATZ, *Recherches*, III, 739.
 Cit. R. IZAGUIRRE, *Notas a la donación a Leire*, 126.
 Cit. J. PÉREZ DE URBEL, *Sancho el Mayor*. 350-351. Lo fecha en 1030.
 Cit. R. IZAGUIRRE, *Hist. y toponimia donostiarras*, 355-40.
 Cit. A. UBIETO, *Col. dip. de Pedro I*, 202.
 Cit. J. GOÑI, *CatACP*, n. 6.
 Cit. A. MAÑARICUA, *Obispados*, 67-70.

¹ In Domini nomine ². Hec est carta testamenti quam ego Sancius ³, gratia Dei rex, facio una cum coniuge mea regina domina Maiora, ad honorem Dei ⁴. Magnus quidem est ⁵ titulus donationis in quo nemo potest actum largitatis irrumpere, ut et donatori uigor crescat amoris et bene pariendi uotum acumulet muneris, et quod prona uoluntate ⁶ offertur, libenter debet amplecti. Obinde nos supranominati, nulla cogente necessitate sed solo desiderio et spe uite eterne ac metu infernalium penarum, uenientes in Leiorense ⁷ monasterium quod est hedificatum ad nomen et gloriam mundi Saluatoris et beate Marie eiusdem genitricis, ubi cum perpetua felicitate requiescunt corpora sanctissimarum uirginum et martirum Christi Nunilonis atque Alodie, corpus quoque sancti Uerile eiusdem loci abbatis, et aliorum plurimorum sanctorum reliquie, in quo etiam sepulta sunt nostrorum predecessorum

corpora parentum, regum et episcoporum et multorum aliorum fidelium quorum spiritibus a Deo quandoque tribuatur requies sempiterna, damus et offerimus ipsi Deo⁸ et sanctis prenomatis et monasterio Leiorensi⁹ et uobis, spirituali patri et magistro nostro¹⁰ dompno Sancio episcopo¹¹, et monachis in eo habitantibus in Dei seruitio presentibus et¹² futuris, in finibus Ernani ad litus maris monasterium unum quod dicitur Sancti Sebastiani, cum parrochia sua, et illam uillam quam antiqui dicebant Izurun¹³ cum ecclesiis suis scilicet beate Marie et Sancti martiris Vincentii, cum illo cubilare de Irurdita usque/^{f. 67r} Anaizoz¹⁴, cum illo cubilare de Anaizoz usque Albizungo¹⁵, cum illo cubilare de Albizungo usque Ançieta, cum illo cubilare de Ançieta usque Zurzaiate¹⁶, cum illo cubilare de Zurzaiate usque Bagoçu Larraburu¹⁷, cum illo cubilare de Bagoçu Larraburu usque Loizta¹⁸, cum illo cubilare de Loizta usque illa¹⁹ freça de Zopite²⁰, de illa freça de Zopite usque ad litus maris, cum terris et pomeriis et piscariis maritimis, et montibus et collibus, uallibus et planis, censibus et pascuis, decimis, primitiis et oblationibus, et cum omnibus omnino pertinentibus eidem monasterio terminis²¹ in circuitu, in mari et extra mare, sicuti habuerunt et tenuerunt antecessores nostri et nos usque hodie, ita ut ab hodierno die et deinceps a nostra et hominum omnium sint pretaxata²² potestate ab integro prorsus ablata atque in prescripti monasterii Leiorensis²³ et nostrum et omnium monachorum presentium et futurorum ibi Deo seruientium obsequium perhenniter confirmata. Nec presumat aliquis ex successoribus nostris in illa pardina de Izurun²⁴ siue in aliis terminis quos superius nominauimus, nouum aliquid construere, uillam, monasterium, castrum uel ecclesiam, quod non sit ad uestrum uestrorumque successorum seruitium uel placitum, sed sicut iam diximus, pro remedio animarum nostrarum et pro anima Michaiio regis cum omni integritate uobis eam deliberauimus²⁵ tali conditione ut quicquid inde facere uolueritis, in uestra potestate sit uel considerantia usque in finem seculi²⁶.

Ego quoque Santius, beneplacito Domini non meo merito episcopus iam supranominatus, celsitudinis uestre simplicitati congaudeo et plus de salute uestra quam de utilitate nostra letatus, oblationem regalem tamquam mirabile donum benigne suscipio, et gratias ago cum omni grege monachorum mihi commiso, offerens et ipse uobis meam et ipsorum omnium orationem non solum presentium sed et futurorum. Quoniam autem non oportet posteris in futurum super his que dicta sunt, ne aliquam patiantur molestiam, prouidere, si quid forte in predictis ecclesiis sancte Marie scilicet et sancti Uincentii iuris episcopalis fuit hucusque, liberum et ingenuum in prescripti Leiorensis cenobii perpetua stabilitate permaneat ius et seruitium. Et coram episcopis ac principibus coramque omni populo omne quod superius scriptum est, pontificali auctoritate confirmo et laudo.

Si quis tamen ex successoribus nostris, quod fieri minime credimus,

scripturam regalis siue episcopalis donationis uenerit ausu temerario et que superius diffinita sunt, inquietare et aliter quam difiniuimus contra uoluntate eorum qui in Dei seruitio uixerint in Leiorensi monasterio, ordinare uoluerit, nouerit se anathematizatum et condempnatum a Deo saluatore mundi ad cuius honorem sunt subscripta donatiua oblata, et in seculo futuro cum Dathan et Abyron et cum Iuda traditore in inferno inferiori ardeat sine fine, /f. 67^v amen, amen, amen²⁷.

Facta carta testamenti²⁸ regalis simul²⁹ et episcopalis in Leiorensi³⁰ cenobio coram testibus, XV³¹ kalendas mai, currente era³² M.L.II.

Ego suprascriptus rex gratia Dei Sancius, qui hanc cartam fieri uolui, nomen meum (*signo*) hic scribi³³.

Domina Maiora³⁴ regina confirmat. Ranimirus proles regis confirmat. Garseanus frater eius confirmat. Gundesaluus frater eius confirmat. Fernandus germanus³⁵ eius confirmat³⁶. Mantius, Aragonensis episcopus, confirmat. Sancius, Yruniensis episcopus³⁷, confirmat. Garsias, Naialensis episcopus³⁷, confirmat. Munio, Alauensis episcopus³⁸, confirmat. Iulianus, Burgensis episcopus³⁸, confirmat³⁹. Senior Garcia Lopez, dominator Arrosta, confirmat. Senior Fertun Blasc, dominator Funes, confirmat. Senior Exemen Garçeyç, dominator Sos, confirmat. Senior Exemen Galinz, dominator Nauascoss, confirmat. Senior Garcia Ortiz, dominator Liguin, confirmat⁴⁰. Senior Fortun Sanz, dominator Caparroso, confirmat. Garindo Gomiz, armentarius regis, confirmat⁴¹.

* Ni los obispos Sancho de Pamplona y Juliano de Burgos, ni varios de los tenentes citados, ni siquiera el nombre de la reina ni la presencia de los cuatro hijos del monarca, concuerdan con la data crónica.

1 Crismón en C.- 2 Domini nomine] nomine Domini, CDE.- 3 Sancius] maior *sobrelineado por distinta mano en B.*- 4 Dei] et sancti Saluatoris Legerensis, *añade D.*- 5 quidem est] est quidem, D.- 6 Et quod prona uoluntate] Et propria uoluntate quod, E.- 7 Leiorense] Legerensis E.- 8 ipsi Deo] omnipotenti Deo CD, Deo omnipotenti E.- 9 Leiorensi] Legerensi E.- 10 nostro] *omite E.*- 11 episcopo] et abbati *añaden CD.*- 12 et] ac E.- 13 Izurun] Yçurum DE.- 14 Anaizoz] Anaïçoz DE.- 15 Albizungo] Albiçungo BDE.- 16 Zurzaiate] Çuarçaiate B.- 17 Bagoçu Larraburu] Bagoçu Larraburum B.- 18 Loizta] a Lohiçta B.- 19 illa] *omiten CD.*- 20 Zopite] Çopite BDE.- 21 terminis] terminum CD.- 22 hominum omnium sint pretaxata] omnium hominum sint pretextata CDE (pretaxata E).- 23 Leiorensis] Legerensis DE.- 24 Izurun] Yçurum B.- 25 eam deliberauimus] ea deliberamus BE.- 26 seculi] CDE *añaden:* Si quis autem, quod absit, ex filiis nostris uel ex propinquis uel quislibet homo uobis inquietare et hanc cartam traditionis uel donationis nostre disrumpere aut contradicere tentauerit, sit anathematizatus et intereat sicut Datan et Abiron interierunt, et cum Iuda traditore sit socius in inferno inferiori, amen.- 27 Ego quoque Santius... amen] *omiten CDE, que ofrecen la siguiente redacción:* Ego Santius, non meo merito sed Dei gratia episcopus et abbas Leiorensis (*E omite* et abbas Leiorensis), notum fieri cupio omnibus fidelibus cunctisque orthodoxis atque catholicis uiris presentibus et futuris omnem suprascriptam donacionem regalis excellentie una cum coetu fratrum summa cum reuerentia et gaudio spirituali alacriter suscipere eamque in quantum possumus pontificali auctoritate firmare. Quoniam autem nos oportet posteris in futurum, ne aliquam super his que superius scripta sunt molestiam patiantur,

prouidere, decernimus ut si forte, quod dubium est, in prenominatis ecclesiis scilicet Sancte Marie et Sancti Uincentii aliquid iuris episcopalis fuit hucusque, liberum et ingenuum permaneat stabilitate perpetua in Leioensis (Legerensis *E*) ecclesie ius et obsequium in secula seculorum. Contra hec igitur omnia superius exarata quicumque ausu temerario uenire ausus fuerit, anathema sit.— 28 testamenti] donationis et confirmationis *CDE*.— 29 simul] *omiten CDE*; en *B* precede regali.— 30 Leioensi] Legerensi *E*.— 31 *XV*] *XII DE*.— 32 era] *omiten CDE*.— 33 Ego suprascriptus... scribe] *omite B*.— 34 Maiora] Maior *CD*.— 35 germanus] frater *CD*.— 36 Aquí empieza la segunda columna de confirmantes en *CE*.— 37 episcopus] *omiten CD*.— 38 episcopus] *omiten CDE*.— 39 Tercera columna de confirmantes en *CE*.— 40 confirmat] confirmo *B*.— 41 Garindo... confirmat] *omiten CDE*.

17

1015, octubre 21. LEIRE*

El rey Sancho el Mayor, cumpliendo un voto hecho en Leire, da al obispo Sancho y a dicho monasterio del diezmo del pan, el vino y los frutos de las villas tomadas en la campaña de Funes, una viña en esta misma localidad y que le fue dada en castigo por la muerte de diez moros en tiempo de paz, una casa en Falces, y en Nájera los palacios del rey «Micaio» con una viña, sus huertos y sus molinos.

AHN, *Leire*, c. 1404, n. 7. (*B*).

AGN, *BAniL*, p. 11-12 (*C*).

AGN, *BMeL*, p. 31-34. Copia de *C*.

AHN. *Cód. 73*, f. 5r-v. Copia de *C*.

AHN, *Cód. 93*, p. 27. Copia de *C*.

Pub. SANDOVAL, *Catálogo*, f. 34.

Pub. J. PÉREZ DE URBEL, *Sancho el Mayor*, 351-352. Texto de los códices 73 y 93. Fecha en 1030.

Cit. G. BALPARDA, *Hist. crítica de Vizcaya*, 50.

Cit. J. GOÑI, *Cat.*, n. 15. Fecha 1030.

Cit. J. M. LACARRA, *Hist. del reino de Navarra*, I, 184, nota 4. Lo califica de «burda falsificación».

¹ Sub nomine sanctę et indiuidue Trinitatis. Hoc est testamentum quod ego Sancius, gratia Dei rex, fieri iubeo ad honorem Sancti Saluatoris qui est Christus filius Dei uiui, in cuius aula honorifice quiescunt corpora sanctarum martirum et uirginum Nunilonis et Elodie et sancti Uerile, abbatis et confessoris, et reliquie aliorum plurimorum sanctorum tam apostolorum, martirum quam etiam uirginum et confessorum cum perpetua felicitate in cenobio Leioensi, ubi sepulta sunt meorum parentum, scilicet regum, episcoporum et aliorum multorum corpora christianorum fidelium quorum spiritibus quandoque celitus a Deo concedatur requies sempiterna, amen. Igitur ego predictus rex ueni cum potestatibus et senatoribus patrię meę in Leierense cenobium adorare Deum saluatorem mundi ut, intercedentibus sanctis et orantibus seruis Dei, meruissem obtinere uictoriam super gentem barbaricam ad expellendam illam de ualle quę uocatur Funes, unde si cum sanctorum